



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 73. Papa Bononia profugus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](#)

Sæcul. XV.  
A. C. 1413.

§. LXXII.

*Cardinalis de Chalanto ad Sigismundum Legatus.*

**S. Antonin.** Joannes XXIII. usque ad Novembres au-  
part. 3. tit. 22 spicia Florentiæ moratus, ex hac ur-  
be ad Sigismundum tum in Longobar-  
dia residentem scripsit, & negotio per e-  
pistolas prævie proposito ad eundem  
Cardinalem de Chalanto Legatum misit,  
opem adversus Ladislai violentias im-  
ploraturum. Haud sègnius Cæsar Pen-  
tificem pari honore veneratus, legatio-  
nem ad eum decrevit, quo factum est, ut  
intermedio hoc tempore frequens de  
loco, tempore, & Concilii celebrandi mo-  
do haberetur consultatio; omnes enim  
eiusmodi Synodus velut unicum tanto-  
rum in Ecclesia malorum reputabant  
fore remedium.

§. LXXIII.

*Papa Bononiam profugus.*

**Niem. loc. cit.** Quoniam vero Papa Florentiæ tutum  
p. 382-383. haud ultra se credebat, Florentini  
quippe non modice sibi de Ladislao time-  
bant, utpote quos ex insidiis invadere  
cogitabat, ideo Bononiam confugere sta-  
tuit, quæ civitas jam anno priori de-  
nuo in Romanæ Ecclesiæ obedientiam  
reveria

reversa erat. Interea Ladislatus in sui Sæcul. XV.  
locum Comite de Troya tanquam Pro- A.C. 1413.  
Rege Romæ relicto, Neapolim proficisci-  
tur; Marchioni verò Atestino omnium  
copiarum in Patrimonio Ecclesiæ rema-  
nentium ultro supremum detulit impe-  
rium, quod tamen Marchio acceptare  
noluit.

### §. LXXIV.

#### *Cardinales Legati ad Sigismundum Imperatorem missi.*

Italia ad tam luctuosum statum a Ladis- Bzov. ann.  
lao redacta, unice liberatorem suspira- 1413. num:  
bat, omniumque spes & oculi in solum<sup>24</sup>.  
Sigismundum Imperatorem intenti hæ-  
rebant; ipsiusmet enim potissimum inter-  
rerat, ut adversus Turcas Hungariæ  
regnum misere devastantes, Christianos  
Principes adunaret. Hac ratione per-  
motus Imperator, Forojulii adhucdum a-  
gens, bellum, quod cum Venetis ob quas-  
dam terras in Dalmatia ab eis vi de-  
tentas gerebat, induciis ad quinquen-  
nium pactis ponere decrevit. Eodem  
quoque tempore Georgius Adornus  
Genuensis Reipublicæ Dux suos illuc  
misit Legatos, quos Sigismundus perbe-  
nigne exceptit, eisque omnium suorum  
privilegiorum, quibus sui Prædecessores  
hanc Rēpublicam antehac honorarunt,  
confir-